



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 56. Alius Cæsar is Legatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

§. LVI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1552.

Alius Caroli V. Legatus pro diffe-
renda Sessione Tridentum decretus.

Interea magis, magisque invalescebat *Memoir de*
rumor, quod Mauritius *Saxoniæ* *Vargas*
Dux cum Henrico II. Galliarum Rege *lettr. de l'E-*
armorum societatem iniisset, brevique *veque d'Ar-*
Carolo V. bellum nuntiaturus esset: fa-
ma itaque ad ipsum etiam Cæsarem de-
lata hic Simonem Renardum Triden-
tum ablegabat, qui cum duobus Ar-
chiepiscopis Moguntino, ac *Colonensi*
conferret; *Trevirensis enim*, ut supra
meminimus, jamjam annuente *Impe-*
ratore dissenserat, quinimo in ipsa e-
tiam Cæsaris aula pluribus persuasum
fuisse videtur, quod *Protestantes haud*
amplius Tridentum venturi essent: por-
ro id saltem certum est, quod *Atreba-*
tensis Episcopus hoc idem significaverit
in quadam epistola ad Franciscum Var-
gas Fisci Procuratorem data. „Haud
„ultra, inquit ille, *Protestantes Sy-*
„nodum accessuros speramus; nam hu-
„jus factionis antesignani populum ad
„suas partes pertrahere satagunt spar-
„gentes, quod Synodus continuetur,
„nec tamen ipsi sint audiendi, vel ea,
„quæ jure exigunt, concedenda. Quin-
„imo ipsimet Catholici Concilium in-
„terrumpi petunt, omniaque ad illius

Z 3

„dif-

Sæcul. XVI. „dissolutionem conspirare videntur. Po-
A.C. 1552 „stea paucis interjectis lineis hæc sub-
„jungit : nec minimus dubio locus est,
„in præsenti rerum Germanicarum vi-
„cissitudine Synodi decreta ægre esse re-
„cipienda, imo Protestantes etiam ja-
„ctitabant, quod edicto *Interim* haud
„amplius se submittere teneantur, cum
„illius firmitas duntaxat usque ad Con-
„cilii definitionem perdurare deberet:
„Insuper totis viribus decisiones Tri-
„denti promulgatas aggrediuntur, ac
„populum de Ecclesiæ auctoritate mi-
„nus instructum seducere moliuntur, nil
„que importunius postulant, quam
„sibi amplissimam profitendæ sectæ suæ
„potestatem fieri. Verum Cæsarea Ma-
„iestas sua optatius habet mortem op-
„petere, quam hanc eis libertatem
„concedere, quam ob rem, necnon
„ob alias rationes ad Principum Lega-
„tos ea, quæ haud ignoras, prescribe-
„re statuit. Videtur, quod hæc man-
„data respexerint novam Sessionis ad de-
„cimam nonam Martii indictæ proroga-
„tionem, illiusque executio tum urgen-
da Simoni Renardo fuerit demandata.

§. LVII.
*Discessus Moguntini, & Coloniensis
 Electorum.*

Cx.

